CLASSIS II.

MINERAE.

I. SALIA.

13. NITRUM frigido-acidum, eſſentiale.
14. NATRUM amaricans, alcaleſcens.
15. BORAX ſubſapidum, alcaleſcens.
16. MURIA acutum, medium.
17. ALUMEN auſterum, acidum minerale.
18. VITRIOLUM ſtipticum, acidum minerale.

II. SULPHURA.

* *Unctuoſa, Inertia.*

19. AMBRA. Fumo ambroſiaco.
20. SUCCINUM. Fumo ſuaveolenti.
21. BITUMEN. Fumo gravi.

** *Mineraliſata, Metallica.*

22. PYRITES. Fumo acuto, luteo.
23. ARSENICUM. Fumo alliaceo, albo.

III. METALLA.

* *Friabilia*, Semimetalla *vulgo.*

24. HYDRARGYRUM fluidum, ſiccum.
25. MOLYBDAENUM inquinans, non fuſile.
26. STIBIUM fibroſum, friabile.
27. ZINCUM rimoſo-malleabile.
28. VISMUTUM laminoſo-malleabile.
29. COBALTUM compactum, fragile.

** *Malleabilia*, Metalla *proprie dicta.*

30. STANNUM albiſſimum mutum.
31. PLUMBUM caeruleſcens mutum.
32. FERRUM fuſceſcens ſonorum.
33. CUPRUM rufum ſonorum.
34. ARGENTUM albiſſimum ſonorum.
35. AURUM luteum mutum.

MINERAE omnes cryſtalliſando natae ſunt; *exceptis Sulphuribus unctuoſis.*

Peregrina *iſta, quae continent minerae, ſunt Chemicorum tria: Sal, Sulphur, Mercurius.*

Minerae *dignoſcendae a ſuo peregrino denudando, et inde Genera eorumque characteres deducenda, quemadmodum in Plantis ab interna fructificatione.*

SALIA in Aqua ſoluta *cryſtalliſantur diminutione vehiculi, quiete, frigore.*

Polyedra, *e planis et rectis angulis eſſe omnia Salia docent eorum Cryſtalli.*

Cryſtalli figurae *in eodem Genere ſaepe aliquatenus mutantur, neque hoc ſine numine; nihil enim agit, ſine ſufficienti cauſa, Natura, a qua nihil ſupervacaneum, nihil perperam peragitur; quod ſerior Nepotum dies extricabit: Multae errantes obſervationes per tenebricoſas Naturae latebras tandem reperiant ejusdem viam.*

Lapidoſas cryſtallos *ſecundum figuras retuli, quatenus hic dies admiſit.*

Terram *via humida cryſtalliſari poſſe absque ſale, primum credo dum videro; via ſicca res aliena eſt.*

SULPHURA in igne *dant fumum et flammam, in oleo ſolvuntur; ſcatent etiam ſale, decompoſita.*

Unctuoſa *cum Reſinis Vegetabilium conveniunt in plurimis; an e Vegetabili principio orta?*

Mineraliſata *ſcatent Salino metallico.*

Metalla Regulum *dant nitentem, opacum, in igne fluidum: Molybdaeno excepto hodie ignoto.*

Metamorphoſis metallorum *etiamnum latitans fruſtra in Vulcani templo, at potius in Naturae ſacratiſſimis quaerenda; pauci parentes certe plurimos produxere filios alienos. Mars omnino polygamus fuit.*

	pondus.	fusio.	amalg.	color.	consistentia.	sonus.	menstr.
Platinum	22000	9	0	album	- - - -		℞
Aurum	19640	6	1	flavum,	malleabiliss. ductile	mutum	℞
Argentum	11091	5	2	album,	malleabiliss. ductile	sonorum	▽
Cuprum	8843	7	7	rufum,	malleabile,	sonorum	▽
Ferrum	8000	8	8	fuscum,	malleabile,	sonorum	▽
Plumbum	11325	4	3	caerul.alb.	molle,	mutum	▽
Stannum	7400	3	4	album,	stridenti-flexile	mutum	℞▽
Cobaltum	-	-		album,	fragile - - -		℞▽
Vismutum	9700	-	6	flavo alb.	laminoso malleabile,	sonorum	▽
Zincum	7000	2	5	album,	rimoso-malleabile,	subsonorum	▽
Stibium	-	6	9	album,	fragilissimum - -		▽
Hydrargyrum	13590	1		album,	fluidum	mutum	▽

Qualitas ♂ *nigrans, austerum, stipticum.*
♀ *viride s. caeruleum corrosivum.*
♃ *album, exsiccans.*
♄ *albidum, dulcificans.*
♁ *rapax, excepto auro,* Lupus Metallorum.
☿ *penetrans, salivans, amalgamans,* Servus fugitivus.

CLAS-